intentare cenſetur directam ſicut colligitur.ff.de peti.here.l.nec vl
lum.§.ſi quis ſciens.ſic ⁊ agens ex quo nō dicit quo nomine videtur
agere nomine proprio nō alieno.ff.de dam.infecto.l.qui bona.§.ſi
alieno:ſic etiam eſt cōcipienda ſentētia vt ibi ptꝫ.⁊.ff.qui not.infa.
l.furti.§.ſi quis alieno.Dic qđ ex quo agit pro re eccleſiaſtica in du
bio videtur agere nomine eccleſie:niſi aliud exprimat:tuꝫ qꝛ omnia
videtur acquirere eccleſie niſi aliud exprimat vel probetur.j.de pe
cul.cle.c.j.⁊ per totū ſm Hoſti.Duo dicunt iſti primū qđ agēs cleri
cus in dubio nomine eccleſie videt agere.In hoc dic ſi cauſa eſt ſup
re vel iure eccleſiaſtico in dubio nomine eccleſie agi videtur.Si ſup
re patrimoniali in dubio nomine proprio.Si eſt dubium an res ſit
eccleſie vel propria:quia in dubio res preſumitur eccleſie.In dubio
agere cenſetur nomine eccleſie:ſic intelligo quod hic dicitur ad hoc
quod in ſimili no.Barto.in.l.poſt mortem.ff.quando ex fac.tut.de
quo per docto.de cleri.coniuga.diuerſis.per Joan.mo.de preben.
ſi tibi abſenti.⁊ per Innocen.de cauſa poſſeſ.cum ſuper.⁊ de electi.
tranſmiſſam.et per docto.de libel.obla.c.j.Archidia.de re iudi.ab
bate.libro.vj.in.ij.ſua glo.Hec vera quando agit nomine eccleſie:ſe
cus ſi agat pro beneficio:quia tunc agere debet nomine proprio.vt
notat Innocen.de iudi.quia.nota de cauſa poſſeſ.cum ſuper.no.
vt lite penden.c.j.⁊.ij.lib.vj.⁊ vbi reſtitutio rerum in conſequentiaꝫ
venit ad reſtitutioneꝫ iuris reſpectu.titu.beneficij adhuc agere po
teſt pro omnibus nomine eccleſie.alias proprio.vt dicto capi.cum
ſuper.Hec vera in prelato.Conuentus tamen vel capitulum agūt
nomine proprio:quia ſunt domini.ſecunda queſtione.vj.§.biduū.
et patet.de teſta.relatum.hoc non placet collectario:quia ſolus pre
latus reuocat procuratorem.vt nota.de poſtu.prela.bone.ergo for
tius prelatus deberet agere nomine proprio quam conuentus ⁊ ta
men non agit vt hic:multominus conuentus.Joan.de lignano te
net primum quod fuit dictum Joan.and.de teſtibus preſentium.
libro.vj.quia vbi communia ſunt bona:totum capitulum ⁊ conuē
tus dicitur dominus intelligitur caput ⁊ mēbra.de his que ſi.a pla.
quanto.⁊

quanto.⁊.c.nouit.ſecus ſi ſint bona diſcreta vel ſummatur cõuẽtus
vel capitulũ ſeparatim a capite.vt no.de reſcrip.edoceri.⁊ tũc cõuẽ
tus agit nomine eccleſie pro ſuis ſicut prelatus nomine eccleſie pro
ſuis ſm Joã.de lig. In vice dño vel yconomo.dic qđ ꝓ rebus eccle-
ſie adhuc agit nomine eccleſie ⁊ nõ prelati.vt no.de ꝓcura.c.ſi.poſt
Inno.⁊ no.de elec.tranſmiſſam.de agente pro prebenda an debeat
agere nomine eccleſie:an nomine prebẽde ꝓ rebus particularibus
prebende.vide de proba.ex literis.aliquid per Inno.de reſcri.edo-
ceri.Epiſcopus autem pro re inferioris eccleſie agit nomine eccle-
ſie.de ſuc.ab inteſt.c.ſi.de teſta.requiſiſti.no.ab.pro capella agit no
mine capelle:nõ nomine proprio:vel monaſterij.vt no.Innocẽ.de
offi.ordi.cõquerente.Secundo dic qđ libellus in dubio videtur de-
duxiſſe directam.Idem ſpec.⁊ fuerunt verba Uber.de bobi.in ſpe.
de act.⁊ peti.§.j.verſi.In hoc autem.xiiij.colũ.per illum.§.ſi quis
ſciens qui dicit qđ petitio heretitatis non datur contra maleſidei
poſſidentem:ſed bene datur vtilis.dic ſi apparet expreſſione cauſe
quam deducere voluerit illam deduxiſſe videtur.vt not.ſpe.de acti.
⁊ peti.§.i.verſi.nunquid tenetur quis dicere ad ſi.aut non apparet
⁊ illaꝫ in dubio videtur deduxiſſe que ſibi competit ſiue ſit vilis ſiue
directa:quia in dubio videtur deductum ius competens.vt not.de
offic.ordi.conquerente.idem Guil.in.l.ſed ſi poſſeſſori.§.item ſi iu-
rauero.ff.de iureiuran.immo.improprietatis verbis dicit libellum
redigendum ad ius actoris:quia ſi dicit ſe poſſeſſorẽ ⁊ probet quaſi
poſſeſſionem intelligitur de quaſi poſſeſſione.idem Bart.in.l.j.de
acti.⁊ obli.⁊ in.l.ſi curator.§.eandem.de exce.rei iudi.Utrum autẽ
ceſſat rei vendi.poſſit ceſſionarius agere:⁊ ſi agat:an videatur dedu
xiſſe vtilem vel directam tractat Joan.and.in addi.ſpecu.in tit.de
ceſſi.acti.§.j.verſic.item quid ſi mihi cedit.de quo in.l.planc.famil.
herciſ.et.l.emptor nominis.de here.vel acti.ven.⁊ ponendo pro cõ
ſtanti qđ vtilis transferatur.concludit qđ illam in iudicio deduxiſ-
ſe videtur: quia recipiendum eſt illud ex libello ex quo ſequi poſſit
condemnatio.ff.de eden.l.j.nec obſt.qđ appellatione dominũ dire
ctum comprehendatur.l.j.ff.ſi ager.vecti.vel emphit.pe.quia illud
procedit quando directum competit nomine proprio : ſed vbi no-
mine alieno competit directuꝫ nomine proprio vtile:vtile deduxiſ
ſe videtur ſic diſputauit Mart.de ſil.in.q.que incipit.Ego qui ha-
beo.ſic temperat dictum ſpec.in titu.de procura.§.ſequitur.verſicu.
ſed queritur.⁊ qđ no.Joan.de ber.de re iudi.abbate.lib.vi.⁊ hoc te-
nent domini de rota ſua concluſione.clxxiij.maxime quando in li-
bello eſt ſubiunctum ⁊ agit omni modo iure ⁊ forma quibus meliꝰ
11 poteſt ⁊c.¶†Oppo.qđ hec additio aliquid operetur ⁊ ſic per pri-
mum libellum ſufficienter deliberare non poterit : quia vbi primo
triennij nunc ſeptennij poterit peti penſio.Solu.dic qđ hic non pe
tebatur penſio:ſed forte petebatur res emphiteotica quaſi re cadu-
ca per lapſum triennij:quo caſu triennium ſufficit:immo bienniuꝫ
in re in emphiteoſim ab eccleſia data iure priuati requirit trienniuꝫ
C.de iure emphi.l.ij.ſic ⁊ in re locata quis per biennium cadit a iu-
re ſuo.ff.locati.l.item quero.§.inter locatorem:quo caſu cum ſuffi-
ciat triennium:hec adiectio fuit vltra concluſionem ⁊ intentionem
libellantis.excluditur ergo ab intento:⁊ illud obſcurum non vitiat
nec declaratum deliberationem exigit:tanquam vltra agendi intẽ-
tum inutiliter adiectum:ſecus autem foret ſi peteret penſionem:qꝛ
illa adiectio non foret inutilis ⁊ concluderet ad intentum amplian
dum:⁊ per primum libellum non potuiſſet plene deliberare ⁊ ſic dã-
da foret noua dilatio.nam vt dicunt doct.ea que dubitationis tol-
lende cauſa adduntur ius commune non ledunt.ff.mand.l.qui mu
tuam.⁊ addi.⁊ detrahi poteſt quantitati poſite in libello.⁊ idẽ ma-
net libellus.inſtitu.de acti.§.ſi minus.ff.de noxa.in delictis.§.ſi de-
tracta.⁊ qđ diſtinguit hic Uin.de mutatione libelli erga ſingulare
vel vniuerſale.vide in ſpeculo de libel.concep.§.nunc oſtendamus.
Innocen.hic velle videtur licet alternatiue loquatur qđ ſi petatur
quantitas penſionis qđ adhuc non ſunt dande deliberatorie : quia
ſatis potuit per primum libellum deliberare.collectarius tenet.idẽ
quia cum agatur de facto rei ſatis potuit reus deliberare per primũ
libelluꝫ:ſcire enim debebat quanto tempore ſoluebat.Hec ratio nõ
procederet niſi conueniretur ex perſona alterius.ff.de reg.iur.l.qui
in alterius.Innocen.intellexit qđ hic fuerit datus libellus et ſuper
penſione ⁊ ſuper reuocatione rei.dico qđ in hoc attendenda eſt con
cluſio libelli.Si enim petebat penſionem ⁊ cõcluderet certam quan
titatem tota.vt peto condemnari in tãta quantitate: qꝛ non ſoluit
iaꝫ in tribꝰ annis et plus:ſi declaret libellus ex quãtitate petiti pla
num eſſet ſi ſine quantitate petiti non declaretur:tunc ſatis adhuc
procederet opi.Innocen.cum limitatione Joan.de ligna.Ideo di
cit Hoſtien.qđ ſi glo.declarans libellum eſt multum remota a tex.
dabit dilationem.alias negabit vt hic.⁊.ſ.c.proxi.Inquantum gl.
vlti.dicit remiſſionem fieri:hoc intellige niſi ſit delatum.de appella
12 tio.cum appellationibus.lib.vj.¶†Ultimo.Jo.cal.inducit hanc
decre.ad queſtionem:an ſi teſtis dicit qđ titius poſſedit nouem an-
nis ⁊ vltra qđ videtur qđ per hoc ſit probata preſcriptio cum ſalteꝫ
vltra dimidiam temporis expreſſi dictio hec ⁊ amplius in ſe conti-
neat vt patet hic.Guil.de cu.in.l.⁊ ſi poſt tres.ff.ſi quis cau.dicit qđ
refert an dicat teſtis poſſedit.x.annis vel plus.et tunc non probat:
quia obſcure loquitur ⁊ dubitatiue.ad hoc.ff.de iniur.l.pretor edi-
xit.§.qđ autem.de re.eorum.l.ſi pupillorum.§.ſi pretor.de iure ſiſ.l.
ita fidei.ad hoc.ff.de verb.obli.l.ſi ita ſtipulatus fuero.x.aut.xx.ff.
de lega.j.l.ſi ita relictum.§.ſi.a contrario ſenſu.Quandoqꝫ dicit te-
ſtis poſſedit per.xx.annos ⁊ plus.⁊ tunc dicit qđ precedentibus ali
quibus coniecturis probat.vt ſi poſuit quis ſe poſſediſſe per.xx.an
nos:⁊ teſtis dicit qđ poſſedit per.xx.annos ⁊ plus.dicit qđ probat
arg.l.ab hoſtibus.§.ſed qđ ſimpliciter.⁊ ibi not.gloſ.ff.de ex qui.ca.
maio.De verbis autem iſtis poſſedit.xx.annis vel citra.tetigit ibi
Guil.de cu.videtur qđ probet de.xx.arg.l.nulla.C.de epi.⁊ cle.⁊ au-
ten.ad hoc.in auten.quomodo oportet epi.§.quanta.coll.ij.dicit
Guil.qđ hec verba inducunt dubitationẽ quandam per quam non
videtur de certo termino deponere.ad hoc qđ not.de dictione vix.
vel de dictione fere.in.l.ius.ff.de iudi.⁊ in.l.iul.ait.ff.de ma.te.⁊ in
l.j.ff.ex q.ca.in poſ.ea.idem dicit.ff.de mu.l.intra vtile:qꝛ diminuũt
vt.d.l.vix eius.tamen qꝛ modicum tp̃s refertur.vt.d.l.⁊ ſi poſt tres.
ad hoc.l.ij.§.deinde ex actis.ff.de ori.iuris.⁊.§.hi idem temporibꝰ.
de hoc prope.xx.annos.vide in autẽ.de monachis.§.ſed illud.⁊ ibi
Ja.de bel.⁊ de teſte qui dicit circa quinquaginta annos.In auten.
quomodo oportet epi.§.ſin autẽ:⁊ quid ſi dixit poſſedit.xx.annis
⁊ paulo plus.in autẽ.vt eccleſia romana.§.j.coll.ij.C.de ſecun.nup.
l.ſi qua.de dictione pene.dicit tex.de ele.dudũ.j.ſed ſi dixit poſſedit
prope.xx.annos.videt ꝓbare de.xix.cum dimidio.ff.de excu.tut.l.
non tantum.in prin.de libe.exhi.l.iij.§.ſi.C.de iudi.l.properanduꝫ
13 §.⁊ ſiquidẽ.†Idem de dictione circa:qꝛ nõ ſignat perfectionẽ tẽpo-
ris.de ſerui.ru.predi.l.ſi duo iuſta.l.j.§.ſi in flumine.de cõtrahenda
emp.ruptilia polla.Idem in.l.ab hoſtibus.§.ſed qđ ſimpliciter.di
cit qđ ſolum probat determinatum tempus ⁊ nõ vltra:vnde ſi dicit
poſſedit.ix.añ.⁊ plus:nõ probat niſi de.x.qꝛ illa adiectio eſt dubia
ergo interpretata cõtra producentem:maxime in caſu odioſo vt ꝓ-
ſcriptionis:patꝫ qꝛ ſi teſtis eſſet certus dixiſſet.x.⁊ non dixiſſet.ix.⁊
plus.ideo hoc intelligitur obmiſſum.vt.l.j.§.ſin autem.de cadu.tol
len.ad hoc.de leg.ij.l.cũ filio.§.cum pater.Hec vera ſi teſtis ſit mor-
tuus.Si autem viuat poteſt interrogari vt declaret dictum ſuuꝫ in
autẽ.de teſti.§.ſi vero.de cõfeſ.l.certum.§.j.ſi dixit.ix.annis vel plꝰ.
dicit idẽ qđ ſupra:qꝛ id ſuperuacuum eſt ⁊ qđ minus eſt inſpiciatur
de verb.obli.l.ſi ſtipulatus ſum.de in litem iuran.l.ij.Butri.in.d.§.
ſed qđ ſimpliciter.dicit aliquos dicere qđ cum hec aditio ⁊ plus de-
beat referri ad modicum tempus qđ in ſe importat quartam partẽ
eius cui adducitur.inſti.de ſuc.ab inteſt.§.vetuſtas.C.de inoffi.teſ.
l.ſi quis in ſuo.Recitat quendam magnum.doc.dixiſſe qđ cum hec
adiectio ⁊ plus ſit in determinata in teſte qđ nihil probat niſi deter
minatum tempus per.l.cum furti.ff.de in litem iuran.ibi butrig.di
cit qđ communiter tenetur qđ aliquid operetur:ſed puto qđ illa vt
indeterminata nihil operetur per illam.l.cum furti:quando adicit
ad aliquid determinate ꝓbanduꝫ.Jo.an.de ꝓba.lꝫ cauſaꝫ.dicit qđ
hec dictio ⁊ plus operatur illud modicum tempus quod eſt inter li-
tis conteſtatio.⁊ ceptum iudiciũ.vt ſi teſtis dicit quod poſſedit iaꝫ
ſunt.x.anni et plus dictum teſtis refertur ad diem depoſitionis:et
⁊ ſic reperitur quod lit.conteſta.eſt facta intra tempus preſcriptio-
nis:ſed dicit quod illud ⁊ plus comprehendit illud modicum tem-
pus.Moderni vt Barto.in.d.l.cum furti.⁊ Jo.cal.hoc tenet:quia
illa dictio ⁊ plus nihil operatur in teſte:quãdo adijcitur ad aliquid
14 determinate probandum.†Quid de his verbis poſſedit.x.annis ⁊
paulo plus.vide.ff.de poſtu.l.j.§.pueritiam.
1 ☞ Citatione facta ad cauſam certo ⁊ limitato tempore ſi reꝰ poſt
pro publica vtilitate vocetur circunducitur edictum ꝑemptorium
⁊ inducias nouas habere debet.
2 Primatie ius in alterum ep̃m vel archiep̃m quomodo acgrere po-
teſt archiepiſcopus.nu.11.
3 Citatio vbi ſit de longinquo põt quis citari ad totam cãm ⁊ citatio
ne vnica peremptorie ex cauſa vel propter loci diſtantiam.nu.21.
4 Citatus vt ſe conſpectui pape preſentet quõ poteſt comparere per
procuratorem.
5 Procurator habens plenam poteſtatem poteſt in agendo ⁊ defen
dendo que ipſe dñs ac ſi preſens eſſet ⁊ procuratoris conſtitutio vt
reſpondeat ſaluis exceptionibus valet.
6 Citatus in curia ẽt in cã graui q̃ ſui natura eſt in curia nõ arctatur
ad rñdendũ ſi ad curiã acceſſit pro alia cã neceſſaria ⁊ ſi cãm impedit
tẽpuſqꝫ deliberãdi cõſumit ẽt cã finita ꝓpter quã acceſſit ad curiam
nec per ſe vel ꝓcuratorem donec fuerit reuerſus vbi adeo fuit occu-
patus propter vacationem maioris negotij qđ comparere non po
tuit per procuratorem.nu.12.
Domum reuocandi priuilegium quomodo habet citatus ad curiã
qui ibi eſt pro alia cauſa neceſſaria.
7 Mandatum ſcđm emanans ꝓprio metu ⁊ grauius primo reuocat
primum lꝫ nõ faciat mentionẽ de primo.nu.17.
8 Ad deliberandi facultatẽ cõcludendũ cũ pluribus nõ ſufficit ꝓba-
re facultatẽ deliberandi cum aliquo vel etiã deliberatũ eſſe.
9 Dilatio expectatoria q̃ꝙ ꝑemptoria ex cã põt ꝓrogari.nu.16.

0 Citatio ad diem feriatam valet quando dies ponitur ad ſignificandum tempus ex quo dꝫ procedi ſed non vt reſpondeat.nu.18.

11 Ad agendum non admittitur cuius non intereſt.

12 Citatus qui propter impedimentum comparere non poteſt dꝫ procuratorem cōſtituere alˢ cōtumax eſt fallit vbi impedimentum eſt adeo arduum qd non poteſt procuratorem cōſtituere.

13 Citatus qui non tenet cōparere ſi veniat ⁊ compareat nō arctatur reſpondere niſi velit.

14 Citatus qui procuratorem ad negotia dimiſit lꝫ venire non teneatur cauſis alijs q̄ñ vrgentibus vt nu.6.arctatur cōparere vbi non habet ius reuocandi cū nō eſſet impeditus iuſta cauſa.

15 Domum reuocandi priuilegium quomodo non excuſat a foro ordinario ⁊ ſpeciali ſed bene ab extraordinario ⁊ generali.

16 Reſtitui poteſt abſens aduerſus proceſſum contra eum in eiꝰ abſentia factum.

19 Papa licet perſonaliter pugnare non debeat etiam pro ſue eccleſie defenſione poteſt tamen alios ad pugnam hortari vt inuocare poſſit auxilium inferiorum et non ſolum a prelatis ſed etiam a principibus ſecularibus contra hoſtes.

20 Procurator cum libera non poteſt ea que ſpeciale mandatum exigunt vt alienare nequeat in preiudicium domini quamuis ad commodum poſſit.

Alienare qui non poteſt in preiudicium poteſt tamē ad cōmodum.

22 Citatus perſonaliter an poſſit reſpondere per procuratorem et an delegatus poſſit arctare citandū ad perſonaliter cōparendum.

23 Procurator vbi eſt ſimpliciter ad cauſam conſtitutus:an precludatur via dilatorijs vt non poſſit opponere exceptiones domino cōpetentes ſicut ⁊ fideiuſſor.

24 Procurator conſtitutus ad cauſaꝫ cum clauſula ⁊ proteſtatione videlꝫ ſaluo iure mei domini operatur ꝓteſtatio vt ſi procurator confiteatur obmiſſa dilatoria exceptione non valeat cōfeſſio vt que videatur preſeruata exceptio contra arctum conſtitutionis ſibi ſeruare priuilegium reuocandi domum.

25 Procuratorium cum proteſtatione ſaluo iure meo an debeat admitti per iudicem vbi etiam promittitur haberi ratum demum qd legitime factum erit vel vbi ſaluis exceptionibus conſtituitur.

1 **Expoſuit.** ¶ †Si poſt citationē ad cauſam reus
pro publica vtilitate vocetur circūdu-
citur edictum peremptoriuꝫ ⁊ habebit nouas inducias.
Prima pars factū narrat.Scđa ibi.nos igitur interloq
tur.In prima pars ponitur rei bina citatio rei procuratoriū:⁊ ipſiꝰ
procuratoris exceptio duplici iuris fundata ⁊ actoris replicatio ad
2 vtrūq̄ reſpōdens.¶ †Nota archiepꝫ poſſe acquirere ius primatie
in alterum archiepm ⁊ ſic ius ſuperioritatis patriarchalis vel illiꝰ
3 inſtar habentis.¶ †No.ij.qd vbi citatio fit de longinquo quis po
teſt citari ad totam cauſam ⁊ in vnica citatione dꝫ mitti perempto
4 rium.de quo.de offi.delega.cōſuluit.de accu.ad petitionē.¶ †No.
iij.citatū vt ſe cōſpectui pape preſentet pōt cōparere per ꝓcuratorē
5 pōt induci.cōtra vide.de iura.ca.c.pe.¶ †No.iiij.qd valet conſtitu
tio procuratoris ſaluis exceptionibus vel vt rñdeat ſaluis exceptio
nibus ſuis.de quo cū gl.Et no.practicā plenaꝫ ꝓcuratorꝫ vt poſſit
6 in agēdo ⁊ defendendo q̄ ipſe poſſet ſi pñs eſſet.¶ †No.v.qd citatꝰ
in curia etiā in cauſa graui que ſui natura eſt in curia nō arctatur ad
rñdendum:ſi pro alia cauſa neceſſaria acceſſit ad curiā:⁊ ſi cauſaꝫ im
pedit ⁊ cōſumit tꝑs deliberandi nō arctat ad rñdendū:etiā cā finita
propter quā acceſſit ad curiā nec per ſe nec per ꝓcuratorē donec fue
rit reuerſus ⁊ deliberare potuerit:⁊ ſic priuilegiū reuocandi domuꝫ
habet locum etiam in cauſis que ſui natura ſunt in curia:quādo ibi
acceſſit pro alia cauſa deliberandi tēpus excludente ⁊ etiam releuat
quem neceſſitate rñdendi ſiue per ſe ſiue vel per alium ⁊ quādiu eſt
abſens in curia ⁊ q̄ꝺiu etiam durat abſentia itineris in eundo et re
deundo.Secus ergo ſi nō excludat tempus deliberandi:q̄ñ natura
cauſe eſt in curia.Et ex hoc no.qd idē terminus pōt ſtatui ad plures
actus compaſſibiles:⁊ eo tempore pariter expedibiles:ſecus ſi non
ſunt cōpaſſibiles vel tempus pariter nō ſufficit ad vtrūq̄ expedien
7 dum.¶ †No.qd ſcđm mandatuꝫ emanans ꝓprio motu ⁊ grauius
8 primo reuocat primū lꝫ nō faciat mentionē de primo.¶ †Not.qd
ad cōcludendum facultatem deliberandi cum pluribus non ſufficit
ꝓbare facultatem deliberandi cum aliquo vel etiam deliberatū eſſe.
9 ¶ †No.dilationē expectatoriam q̄ꝙ peremptoriā ex cā ꝓrogari.
10 ¶ †Nota qd valet citatio ad diem feriatā:q̄ñ dies apponitur ad ſi-
11 gnificandum tēpus ex quo ꝓcedi dꝫ.¶ †Oppo.qd non dꝫ admitti
agens archiepiſcopus pro iure primatie:qꝛ ad agendum nō admit
titur cuius nō intereſt.ij.q.vj.nō ſolent.de elec.cū inter.nā ius ꝑma
tie non tangit ius archiepale:qꝛ per illud nihil illi derogatur ergo.
So.dicit Inno.aliquos dicere intereſſe archiepi:ne alius archieps
acquirat ius primatie:quia omnia iura primatis ceſſante primate:
cadunt in archiepm.Hec ſo.non placet Inno.qꝛ ſi appelletur ab ar
chiepiſcopo appellari debet ad primatem:⁊ tamen ceſſante ꝑmate
non appellabitur archieps:ſed papa.Item procurationes prima-
tis non recipiet archieps.q.d.incompaſſibilia ſunt,iura primatis:
que habet primas ratione ſuperioritatis in archiepo cuꝫ archiepo
qd patet in appellatione ⁊ procuratione:⁊ ſic de ſingulis.Ideo di-
cit ſecūdo ſua intereſſe:⁊ hoc ne prouincia ſua grauetur a pluribus:
⁊ intereſt eius habere ſubiectos locupletes in autē.vt iud.ſine quo-
quo ſuf.§.cogitatio.coll.ij.ſm Inno.Hoſtiē.dicit qd nimis gene-
ralis eſt hec ratio.Ideo dicit qd vera ratio eſt:ne iugum ſubiectiōis
cogatur recipere ſuper ſe excepto papa.ſuperiorem ſentiat quē ne-
ceſſe habeat tenere ⁊ qui ipſum vexare poſſit ⁊ grauare ⁊ ne aliꝰ exce
pto papa:ſed ipſe ſolus videatur prouincie preeminere:⁊ ad hoc de
vſupa.ex tuarum ⁊ qd ibi no.lꝫ tamen archieps hoc videtur admit
ti cōſenſus tamen prelatorum requiritur ꝓuincie ad prouiſionē fa-
12 ciendam.de ma.⁊ obe.c.ſi.ſm Hoſti.¶ †Oppo.ij.qd hic burdega-
leñ.nō excuſetur a cōtumacia:qꝛ lꝫ in propria perſona propter ipe-
dimentum nō arctaret ad cōparendum:qꝛ habebat ius reuocādi do
mum:tamen quo ad cōſtituendum procuratorem nulla exceptio cō
petebat:qꝛ obligatus erat ad cōparendum vel per ſe vel per ꝓcura-
torem:ſi nō poterat facere alterū.ſ.per ſe comparere dꝫ alterū facere
ſcꝫ cōparere per ꝓcuratorē.ff.de cōtrahen.emp.ſi in emptione.§.ſi
emptio.ff.de condi.inde.cum his.de ſolut.ſtichum cum ſi.nec obſt.
cauſe arduitas ꝓpter formam citationis.de ꝓcura.querelam.Sol.
dicit Gof.qd recuſatur:qꝛ ob vocationem maioris negotij fuit adeo
occupatus qd intēdere nō potuit cōſtitutioni procuratoris idonei
qui dꝫ eſſe talis qd habeat cauſam notam.ſ.tit.j.in pertractandis.
Item excuſatur:qꝛ cum ſuffraganeis deliberare non potuit vt dicit
litera vel fuit de gratia ſcđm eum.dicit Hoſt.qd non fuit excuſatus
a conſtitutione procuratoris:dilationem vero quare obtinuerit pa
13 tebit.j.ſm Hoſtiē.¶ †Oppo.iij.qd dato qd venire nō teneretur ni
hilominus ex quo venit reſpondere tenetur.ff.de ferijs.l.j.Solu.di
cit Inno.qd qui non tenetur venire:ſi venit non arctatur ad reſpon
dendum ſi nolit:ſed hic voluit in.l.j.ff.de ferijs.voluit litigare ⁊ hoc
14 ſatiſfaciat huic cōtrario.¶ †Opp.iiij.qd ex quo dimiſit ꝓcurato
rem ad negotia:ita poterat dimittere ad iſtud:⁊ ſic nō dꝫ excuſari.j.
de dolo.cum dilecti.Solu.in.c.cum dilecti arctabatur ad comparē
dum:qꝛ nō habebat ius reuocandi domum cum non eſſet impeditꝰ
aliqua legitima cauſa.in.c.iſto:qꝛ impeditus altera legitima cauſa:
habebat priuilegium reuocandi domuꝫ:igitur non arctabatur ad
cōſtituendum ꝓcuratorē.ſ.de fo.compe.c.ſi.⁊ ſi dicatur ex quo po-
terat cauſam agere per procuratorē nō excuſat ipſum impedimen-
tum.reſpondet qd cauſa erat ardua in qua non arctatur impeditus
reſpondere per procuratorem.de procura.querelaꝫ.Itē dato quod
non habet ius reuocandi domum:⁊ dato quod non excuſaretur ad
comparendum per procuratorem.debet tamen procurator non in-
ſtructus habere inducias ad conſulendum dominum.ſupra de pro
curato.Vel dic quod cum cauſa tangat totaꝫ prouinciam:licet etiā
arctaretur ad reſpondendum per procuratorem.alias non arctaba
tur.Hoc cum propter impedimentum excluſus fuerit a poteſtate
deliberandi plene:cum prelatis prouincie:vt cauſa exigebat:an ce-
deret vel contenderet niſi conſilio cuꝫ eis habito.ff.de eden.l.j.licet
15 non ſit neceſſe eos vocare.ff.de libe.cauſa.l.ſi pariter.¶ †Oppo.v.
quod hic archiepiſcopus non excuſetur eo quod habuerit priuile-
gium reuocandi domum:quia ex priuilegio nō excuſatur:quin de-
beat reſpondere in loco:vbi de iure communi debeat reſpondere:li
cet excuſetur vt non arctetur reſpondere in loco.vbi de iure ſingula
ri tantum:ratione communitatis patrie debebat reſpondere:nam
tenetur ſe abſens ad curiam preſentare ⁊ in prouincia defendere.C.
de reſtitu.mili.l.ignorare.ff.eum qui appel.in prouin.defen.de.l.j.
multo fortius cauſam ceptam in loco debito debet perficere.dicit
Innocen.quod licet non excuſauerit abſentia ex priuilegio reuocā
di domum:quominus ſe deberet defendere in prouincia:excuſauit
tamen quominus debeat defendere in curia romana,ratione com-
munitatis patrie:quia licet non excuſet a foro ordinario ⁊ commu-
ni excuſat ab hoc foro extraordinario ⁊ generali.l.ij.§.in legatis.ff.
de iudi.⁊ de foro competen.c.ſi.ſecundum Innocen.Hec ſolu.non
placet:quia cum hec cauſa eſſet ardua:ſpecialis forus erat forus ro
mane curie.de appel.vt debitus.ad ſi.⁊ de electio.quamuis.lib.vj.
de off.deleg.quod tranſlationem.Ideo ibi ſe defendere tenebatur.
Ideo dicit Innocen.quod hec non fuit cauſa vera:ſed cauſa fuit qꝛ
negotium legationis fuit ita arduum quod non potuit deliberare:
ſuper cauſa cepta:⁊ ſic quandoq̄ abſentia excludit deliberatorias:⁊
etiam in foro ordinario reſpondere non tenetur:ſi non excludit de-
liberandi tempus:tunc priuilegium reuocandi domum non excu-
ſat a foro ordinario ⁊ ſpeciali:ſed bene ab extraordinario et genera
16 li.¶ †Oppo.vj.quod ſi habuit tempus ad deliberanduꝫ vt allega
batur:iterim non ſit danda alia dilatio vt compellatur reſpondere:
quia nihil ſuberat ex quo excuſaretur quidam intelligentes hanc al
legationem eſſe veram in facto:qd hoc potuerit deliberare.dicunt
quod dato etiam quod potuerit deliberare:nihilominus nō arcta-
batur ad reſpondendum:qꝛ ⁊ ſi contra:vt abſentē procederetur ad-
uerſus talem proceſſum reſtitueretur.C.de reſti.mili.l.j.ar.ff.de ar-
bi.l.non diſtinguemus.§.ſi quis rome.Ut ergo hic circuitus euite
tur:melius eſt prorogare dilationem.Non placet hec ſolu.Innocē.

quia licet

qꝛ licet reſtitueretur ad geſta pendēte adhuc publico negotio:⁊ per
hoc etiam eſſet equū tunc nō procedere:tū iam finito negotio ſi ali
quid cōtra eum ageretur nō reſtitueretur:⁊ ſic nō ſubeſt eq̄tas qua-
re nō teneatur reſpōdere finito negotio ſi potuit deliberare. Jdeo
tenēdam eſt alterū horū vel qḋ deliberare non potuit:iterim vel qꝛ
mandata ſe nō cōpatiebanť cum nō poſſet interim intendere actui
deliberandi ⁊ militie:in qua habebat inſiſtere vt in maiori negotio
⁊ magis neceſſario.ſ.intereſſe circa militiā ⁊ auxiliū eccleſie ⁊ dictaʒ
militiam etiā domi reducere debebat:ꝓpterea nō artatur reſponde
re:ſecus foret ſi mādata fuiſſent cōpaſſibilia ⁊ vterq̄ cōmode inſiſte
re potuiſſet:⁊ hec eſt veritas. Aut ergo vocat᷒ ad curiā ob aliā cau-
ſam publicā ꝓpter illā nō potuit deliberare ſuper prima ⁊ nō cōpel
litur nec finito nec pēdente termino vel negotio rn̄dere donec deli-
berare potuerit:aut vocatus ob publicam cām potuit deliberare:⁊
tunc ſi fuit citatus vt per ſe reſpondeat non artatur pendente nego-
tio reſpōdere:qꝛ occupatus maiori negotio nec etiā finito eo donec
gentes reduxerit ad ꝓpria:ſed oībus finitis bene arctať reſpondere
ſi eſt citatus vt per ſe vel ꝓcuratorē vt hic fuit ex quo deliberare po-
tuit ⁊ finito:⁊ pendēte negotio arctaretur rn̄dere nec excuſaret cuʒ
arduitas negotij ex quo ſic a papa eſt citatus:vt per ſe vel procura-
torem reſpondeat:q̄q̄ negotiū ſit arduum:qꝛ ſtandū eſt citatiōi pa
pe:⁊ hec eſt veritas:lʒ Jnno.ſentiat arduitatē negotij eum excuſare
17 per no.de procurato.querelā. ❡ †Oppo.qḋ nō debuerit ſcḋm mā-
datum reuocare primum.de reſcrip.ceterū. Sol.ſcḋm reuocat pri-
mum ꝓpter plura:qꝛ fortius eſt ſcḋm mandatū quā primū:adeo qḋ
ſi nō veniſſet pretextu mandati:qꝛ nullū fuiſſet factum:ſi veniſſet ſo-
la ſponte ad eum ſeruitium eccleſie ſatis fuiſſet excuſatus ſm̄ Jnno
cē.qꝛ licentia ſubuentionis eſt neceſſaria:⁊ ex neceſſitate iuramēti
tenetur.de iureiurando.ego.N.vel ibi loquitur qn̄ ſuper eodem fa-
cto vel eadē cauſa plura mādata fiunt hic mandata fuerunt ſup di-
uerſis negotijs que ſi poteſt dʒ ambo adimplere:ſi nō pōt dʒ maius
adimplere vel requirēs maiorē feſtinationē:⁊ vbi maius eſt pericu
lum ⁊c.ff.de ferijs.l.iiij. Jtē ſm̄ Hoſti.ibi ſi memor fuiſſet nō dediſ-
ſet ſcḋm:ſic de ſup.neg.prela.lʒ.de vſupa.niſi ergo ⁊c.de reſcrip.ſup
literis. Jtem lʒ nō videatur ab hoīe reuocatū in effectu eſt reuoca-
tum a iure per ius reuocando demuʒ:de quo predictum eſt. Tertio
qꝛ iſta interpretatio nō eſt partis ſed pape.de ſentē.excō.inter alia.
Jtē qꝛ cōtrarj[illegible]tēpora belli ⁊ pacis vt in ꝓhemio.inſtit.⁊.C.de
aduo.diuer.iu.l.aduocati. Videtur ergo papa eligendo vnū de con
trarijs aliud reuocaſſe.de preſump.nonne.de bap.maiores.in fine.
18 ❡ †Oppo.qḋ nō valuerit citatio ad diē feriatū.j.c.ſi.ti.j. Sol.dic.
qḋ fuit citatus ad illum diē nō vt reſpondeat:ſed vt cōpareat vel il
lud vſq̄ ponitur excluſiue.de eta.⁊ qua.a multis.cōcor.de dolo.cuʒ
dilecti.vbi dabo remiſſionem ad ſpe.⁊ ad ſum.plenius.de oꝛ.ab epi
19 ſco.c.j.ſuper.j.glo. ❡ †Vltimo doc.hic dicūt papaʒ poſſe inuocare
auxilium inferiorū ⁊ nō ſolum a prelatis:ſed etiaʒ a principibus ſe-
cularibus contra hoſtes.xxiij.q.iij.maximianus.⁊.c.ab imperatori-
bus:⁊ ſi non prebeant pōt eos excōicare.e.cauſa.⁊.q.v.adminiſtra-
tores.⁊ lʒ prelatus perſonaliter pugnare nō debeat pro ſue eccleſie
defenſione:pōt tamē alios ad pugnam hortari.e.cauſa.⁊.q.viij.igi
20 tur.⁊.c.hortatu.⁊.c.omni ſcḋm phi. ❡ †Quero an vi huius forme
vt poſſit ea que preſens ⁊c.poſſit ꝓcurator exigētia ſpeciale māda-
tum. Joan.an.dicit qḋ nō per ea que habentur de procuratorib᷒.c.
qui ad agendum.lib.vj.cōtra ſentit Archi.de reſcrip.c.j.lib.vj.in ſi.
glo.de offi.procuratoris.ceſa.l.j.⁊ qḋ non poſſit exigentia ſpecia-
le mandatum:quinimmo nec poſſit alienare ad preiudicium domi
ni:ſed ſic ad cōmodū. Bar.in.l.procura.cui libera:dicit qḋ talis cen
ſetur habere liberam eo qḋ ſibi data eſt poteſtas vt poſſit que domi
nus preſens poſſet all.l.ſi creditor.l.lucius.ff.manda. Jdē no.C.de
21 procura.l.ſi procurator. ❡ †Ad glo.op.qḋ citatio prima vice non
debeat eſſe peremptoria.ff.de iudi.l.ad peremptorium.C.quomō
⁊ quando iu.in autē.qui ſemel.So.dicit glo.qḋ iudex ex cauſa ꝓma
vice mittit peremptorium vt ꝓpter diſtantiā viarū que de facili nō
patitur iterationē citationū quo caſu permittitur vnica citatio ad
totum ꝓceſſum vſq̄ ad ſentētiam vt hic.⁊ no.de offi.dele.cōſuluit.
nam qḋ vnica citatione ponatur peremptoriū cū cōpetēti termino
nō eſt damnatum qꝛ hoc arbitrarium.ff.de iudi.l.nonnunq̄:ſed qḋ
in prima citatione fiat citatio ad plures actus ſucceſſiue:⁊ ad totaʒ
cauſam vt hic fuit.hoc nō ꝑmittitur niſi ꝓpter abſentiam longam.
de hoc an poſſit abbreuiari dixi.ſ.c.j.inquantum dixi ſufficere vnā
pro omnibus.hoc eſt verum quando citatio ordinatur ad finem cō
tumacie inducende:ſed vbi ordinatur ad finem puniendi:⁊ delictū
inducendi:ſi ius exigit trinam requiſitionem:non ſufficit vna pro
omnibus:immo requiruntur plures.vt no.Joā.and.in.c.ex tue.de
cle.non reſi.⁊ cle.j.de vi.⁊ hone.cle.⁊ in ſpe.de cle.non reſi.iuxta prin
22 ci.de quo dixi ſupra.vt lit.nō cōteſt.quoniam.§.porro. ❡ †Querit
glo.ſi.an perſonaliter vocatus poſſit reſpondere per procuratorem
⁊ an delegatus poſſit arctare quem ad perſonaliter comparendum
23 dic vt in glo.⁊ ibi ambiguū:dic hodie vt de iudi.c.j.lib.vj. ❡ †Que
ro an ſi ſimpliciter conſtituatur procurator ad cauſam agitandam:
precludatur via dilatorijs.glo.ar.qḋ ſic.ar.huius decre.vt proteſta-
tio aliquid operetur:cōtra determinat qḋ ꝓcurator tenetur oppo-
nere exceptiones dn̄o cōpetentes ſicut ⁊ fideiuſſor.ff.de fideiuſſori.
ex perſona:⁊ qꝛ videť cōſtitutus a dn̄o ad oīa ad cām ſpectantia.de
offi.dele.preterea.⁊ qḋ hic dicit de ꝓteſtatione dictū eſt ad cautelā.
Vnde cōſuluit Gl.qḋ vbi aliquid ꝓponitur:ſemꝑ dicatur ſaluo iu-
24 re meo vel ſaluis exceptionibus mihi ꝯpetētib᷒. ❡ †Hic ſunt duo
vidēda primum qd operetur ꝓteſtatio.ſcḋm an admittatur procu-
ratorium cū tali ꝓteſtatione. Doc.dicūt hic vt Vin.qḋ operabitur
ꝓteſtatio:qꝛ ſi ꝓcurator cōfitetur:omiſſa dilatoria exceptione nō va
lebit ꝯfeſſio.all.ſ.ti.ſi.c.j.nō tamē tenetur mandati.ff.mā.l.quint᷒.
Jtē operabitur ꝓteſtatio:qꝛ videbiť ꝓſeruata exceptio cōtra actuʒ
cōſtitutionis:poſſet enim dubitari ex quo hʒ ius reuocandi domū
an cōſtituendo ꝓcuratorem ad reſpondēdum videatur dilatorie re-
25 nuntiaſſe:ex quo eligit litigare:iō in hoc opatur ꝓteſtatio. ❡ †Ad
ſcḋm an admittatur ꝓcuratoriū cū tali ꝓteſtatiōe. Hoſ.dicit qḋ nō:
quo ad cām principalē.vt.j.de ap.ſignificauit. Jdē de illo qui ꝑmit-
tit ratum habere demum qḋ legitime factū eſt:cum etiam qḋ dolo-
ſe facit ꝓcurator:debeat dn̄o nocere.ff.de doli exceptione.l.ſi procu
rator:lʒ ſuccurratur dn̄o ſcḋm ea que no.ſ.vt lit.nō cōteſta.c.j.dicit
Hoſti.qḋ decre.ſignificauit.non ꝓbat id ad qḋ inducitur ⁊ dicit qḋ
quicq̄d dicať hoc mandatū burdegaleñ.fuit ſufficiens.de hoc in ſpe
cu.de procu.§.ratione autē forme ad ſi.j.col.dicit tamē qḋ clemens
viſus eſt tenere cōtrarium ⁊ hoc tʒ Joā.an.⁊ Ber.brix.in.c.relatio.
xxij.q.j.⁊ ſequitur Jo.an.hoc nō ob.qḋ ꝓcuratoriū fuerit hic admiſ
ſum:qꝛ nō apparet hic:qḋ fuerit hic admiſſum ad negotiū principa
le:ſed ad exceptiones proponendas ad id qḋ dicit decret.ſignifica-
uit nō facere.dicit Jo.an.qḋ immo facit:qꝛ ſicut ibi procuratorium
nō admittitur nō cū ſigillo generali:ſed cum ſigillo ad certum vſum
ita non admittitur ꝓcuratorium ſic limitatū ex quo gn̄aliter nō eſt
cōſtitutus ſm̄ Jo.an.puto qḋ ſi procurator ſic cōſtitutus ſit.conſti-
tuo procuratorē ⁊ promitto rata habere que legitime geſſerit qḋ va
lebit ⁊ redigetur ad intellectum iuris:que legitime.i.ſm̄ diſpoſitio
nem iuris gerere poterit. Si cōſtituitur procurator ſaluis exceptio
nibus vt reſpondeat ⁊c.adhuc poteſt ſaluari ꝓcuratorium vt videa
tur ſaluare dilatorias que tolli viderentur ex actu cōſtitutionis ꝓ-
curatoris.non que poſſent tolli ex actu ꝓcuratoris. Jtē ſi omnino
conſtat qḋ velit ex proteſtatione preſeruare exceptiones cōtra actū
procuratoris cum hec proteſtatio ſit contra ius non iuuabit prote-
ſtantem ⁊ admittetur procuratorium.arg.de conſtit.cum.M.⁊ hec
vera niſi pars conſentiat proteſtationi:ſed ſi velit qḋ admittatur ꝓ-
curator non admiſſa illa proteſtatione:admittetur ⁊ proteſtatio nō
iuuabit vt dixi. Anto.de But.

## ❡ De ferijs. Rubrica.

❡ Viſo de dilationibus que dantur a iudice.de dilationibus ergo
que dantur a iure videamus. de ferijs nundinarum.xxxiij.q.iiij.⁊c.

1 Feriatis diebus vt dominicis ⁊ alijs in honorem dei inductis
non licet mercari litigari iudicari vel iurari nec aliqua executio fieri
debet.numero.9.
2 Dies quo ad feſtiuitatem ⁊ celebrationem computatur de veſpera
ad veſperam idem quo ad iudicia.nu.11.
3 Nundine ſunt prohibite diebus dominicis.
4 Mercata qn̄o ſunt permiſſa diebus dominicis tanq̄ licita.
5 Dies omnes lʒ a deo ſint facti ⁊ dominic᷒ quilibet reputetur:vnus
tamen in ſolennitatem eſt ei attributus qui dicitur vulgo dn̄icus
eo qḋ illa die fecit omne inſigne.
6 Feriatis diebus an liceat aliquid facere licitum quod alias poſſet
illicitum reputari.nu.ſeq.
7 Studere quomodo liceat diebus dominicis ex quo militari ꝑmit-
titur neceſſitate vrgente nō ꝓpter lucrū particularis conſilij lʒ ſtu-
dium ſit opus pium.
Aduocati cenſentur militare ⁊ poſſunt cauſa neceſſitatis diebus fe
riatis vacare officio.
8 Juſtitie executio nō eſt fienda omni tempore videlʒ feriato in dei
honoreʒ inducto qꝛ regula videlʒ beati qui faciunt iuſtitiam omni
tempore intelligitur competenti niſi latro eſſet publicus ⁊ noctur-
nus alias notorius.
9 Jurare licet diebus feriatis cauſa pacis vel pietatis alias non.
10 Teſtes non ſunt audiendi vel producendi diebus dominicis.
Fallit vbi neceſſitas vrget vt quia ſunt teſtes valitudinarij.nu.12.
11 Judiciaria acta diebus vigiliarum expirant hora veſperaruʒ poſt
meridiem.

1 Omnes. ❡ †Diebus dominicis mercari li
tigari iudicari vel iurari non licet:
2 neq̄ debet. Non diuiditur. ❡ †Nota quod dies
quo ad feſtiuitatem ⁊ celebrationem ſeu veneratio-
3 nem computatur de veſpera ad veſperam. ❡ †No
ta.ij.qḋ die dominico abſtinendū eſt ab omni opere